



<sup>21</sup>  
B2281

2  
Mz

Ung VI 4

*Einzelne verzeichnet*

20. I. 1915.

Observanda. Consors D. Georgii Michaelis Caspari  
quoque erat Hungaria exul et postea tenacis nomine  
Catharina Drechslerin apud Johannam Elisabeth. comitem  
a Stranskibus Hofmeisteris ab iunctis summis ante tem-  
pus nuptiarum vero apud Terram Pilach confirmem  
sum in hiltla prope Magdeburgum Pforzen. conno-  
rata potes cuius erat M. Athilius Drechsler qui post  
multas senatus Consularesque dignitates ad ordinem  
ab episcopatu regni suorumque eis Christiani Imperatoris  
post multas calamitatis observationes in patriam redid  
liberis et Montane verbis Bela Banusq. D'Alli syn.  
dixi fatus. Hunc Caspar durit 1680. A 18 Januarii  
Hermannide Carmen gratulationis a Matthia Christophori Hungaro  
grat. in Manusculo Legion Hungaria in fin. Report. N. mo 14.  
III. 11. Ipsi Dni Georg Casper Magister liberatus annis et 71  
sophie eruditiss Anno 1681. ut ex Gratulatione ad pa-  
ret quam populariter cuius concesserat quod reportor  
in Volam 11. Descrip. Report. N. mo 14. Et in complexu  
variorum carminum h[ab]o 75. Carmen 70. L[et]t. 11. et 72 ubi  
dicitur Michaelis ab alio kō Hung.

MONUMENTVM  
SVPREMAE PIETATIS  
QVOD  
VIRO  
*Praecellentissimo, Amplissimo atque Doctissimo*  
DOMINO  
**M. GEORGIO  
MICHAELIS  
CASSAI**

STEINA COMITATVS BARSSIENSIS HVNGARO,  
Amplissimi Sapientum Ordinis, qui in Alma ad  
Albim floret, Assessori dudum dignissimo,  
*De re Litteraria, ut et de Patria, extra Patriam,*  
*immortaliter merito,*

Patri, Patrono, Populari ac Stipendii Hunga  
rici Fundatori, in animis posterorum perennaturo,

dum  
A. R. S. M DCC XXV. III. IDVS OCTOB.  
hora 3. antelucana

*Maximo Climacterico Maior*

Ex hac mortalitate in coelestem patriam concederet,  
Atque XII. Calend. Nouemb.

Solennibus exequiis humo mandaretur,  
Animi sui dolorem et officium debitum

testaturi

POSVERVNT

**ALVMNI  
CIVES PANNONII**

---

VITEMBERGAE  
LITERIS SCHROEDERIANIS.



**V**enit, Pannonides,<sup>a)</sup> plangendi tempus acer-  
 bum,  
 Quod Phariæ renovat tristia fatali<sup>b)</sup> plagæ.  
 Zodiacus tenebris vester nunc mergitur  
 atris,  
 Et Leo cum Geminis, lumine languet iners !  
 Cœcutiunt Aries, Taurus, Piscesque polares,  
 Nec thalamos oculis, spicea Virgo videt.  
 Nam bissema suo , qui rexit Signa, nitore,  
 Zodiacum PHOEBUS linquit, amore poli.  
 Cum Libram lustrat, dictis Astræa profatur :  
 PHOEBO , polo radies: linque caduca loca.  
 Obsequitur iussis, et mundi sede relicta,  
 Zodiacum Cœli, temperat igne suo.  
 Quid mirum ? si nunc æterno fulget in axe,  
 Qui Sapiens, toto claruit Orbe diu.  
*Docti, ceu c)* Stellæ fulgebunt, verba Jehovæ  
 Dictant: quid PHOEBO doctius esse potest?  
 Noverat HIC terræ, pelagi, lunæque labores,  
 Et rerum causas, jussaque Sancta Dei.  
 Multos Justitiam, multos mysteria cœli  
 Erudit, donec portio nostra fuit.  
 HUNC, Potor Grani, cui iam nox incubat atra,  
 Amisum defle, verbaque mœsta cie :

Reddito, PHOEBE, diem, tenebras post noctis opacæ,  
Pertæsi gemimus: redditio, PHOEBE, diem.

a) Ecclesiast. III. 4. b) Exod. X. 22. c) Dan. XII. 3.

Ita  
*Gentis sua immortale decus, e vivis decepisse dolet*

## M. Franciscus Horvath Bibithy, Hung.

Dum canit infauustum, numeros Philomela retorquet,  
Corruit, & questus conscientia tristis agit.  
Fatidicos spargit moriens Neptunius ales  
Cantus, venturi funeris ipse sui.  
Sic Superum auspicio, MICHAELIS praescius augur  
Fata canit felix, quæ moriturus aget.  
Intrepidusque videns jamjam prænuncia lethi,  
Alter Olor moriens talia fatus erat:  
In mea fata ruam, postquam fatis egero vitae,  
Atque Senex claudam cum Simeone diem.  
Ergo ruens obiit, casum prædixerat ante;  
Felix, quem mortis talia signa manent.  
Quod supererit, cineri dignum dato Musa sepulchrum;  
Excubet æternum gloria tanta Viri.  
Pannondium Soboles luge, comitata sepulchrum;  
Luge, quem docuit Vox operosa senis.  
Vox operosa senis, studium, bene facta laborque  
Virtus tum Pietas, non moritura manent.  
Interea Pietas sic officiosa reposcit  
Ad functi Manes, hæc pia Verba loqui:  
*Molliter hic tandem Michaelis membra quiescant;*  
*Donec in extremo suscitet ipse DEVIS.*

Supremo honori ex officio pie defuncti Senis, cui cum  
multa deberet, moestus adjectit:

Iohannes Longay, Vetusol. Hung. SS. Th. C.

Mensis ut octavus Mavorti aliquando sacratus,  
Nunc sibi purpureus vendicat huncce Simon.  
Impressere polo nervum, quem Tertia Dena  
Sustinet, altitonans temperet ipse! dies.

A 2

*Hocce die Superis sanctus penetralia Templi  
Quum sacrat Salomon, gaudia solvit ovans.  
Jupiter hoc cultus, Romam qui rexit, & omne  
Fortiter, invictus, sustulit ipse jugum.  
Quid mirum Cives? CIVIS, cui plurima mento  
Intertexta jacet canities, moritur.  
Te puto nunc venerande Pater MICHAELIS, Amicum  
Me tibi vel nomen, fata vel ipsa docent.  
Sacrasti constante fide penetralia cordis  
Christo, prob! sacrum nunc diadema capis.  
Sic juvat intentam Civis deflere manum: scit  
Marte mori Pater, & vivere morte Simon.*

*Ita Patris, Popularis, & Hospitis desideratissimi obitum lugebat.*

**Ioh. Frid. Michaelides, Hung. SS. Th. Ph. C.**  
p. t. Cand. Alumn. Pann. Bibliothecarius.

**E** Moritur Pius heu! res monstrat, tempore nostro  
Cernite Mortales, hic Pius emoritur!  
Conspicitur nisi nunc qua corpus cernere mortem  
Nomine vivet sed, mens bona non moritur.  
Hungaridum, data nunc consecrans omnia, Musis  
Crescere sic Doctos non male consulit.  
Perficiunt modo jam sat grato pectore Musæ  
Vivere VIR posset sic bene perpetuo.  
Cancros imitare legendo.

*Ita Venerandi Jenio Parris, Fautoris ac Popularis sui  
Obitum lugendum duxit*

**Ioh. Stransky Mijavia, Hung. SS. Th. Ph. St.**

**P**rodigium fatale patet, clademque cruentam  
Portendit Musis, Pannonidumque foci.  
Stant unda Gram querulae : dat signa doloris  
Danubus : Thetidis mersa carina cadit.  
Carpathus in luctu squalet, responsat & Echo  
Plantibus, & surgit moesta Cupressus agris.  
Causa subest: cecidit JOSEPH, qui missus ab oris  
Pannonicis, tenuit SAXONIS arva diu.  
Missus (a) erat mutu Coelstis Numinis inde,  
Ut peregrinus opem Crivibus ipse ferat.

Hanc tulit adspirante Deo, vitaque recessit,  
Ut referat celi premia parta sibi.  
Pannonides, igitur Vestrum: (b) modo flete PARENTEM,  
Et moesti, ruptis exululate comis.  
(a) Gen. XLV, 5, & 8. (b) Gen. XLI, 43.

Erga beatum VIRVM Popularem ac Hospitem, quem Pa-  
rensis loco reverenter coluit, dolorem & pietatem lu-  
gens restatur

Ita

Joh. Blaho, Novif. Vng. S. S. Th. & Ph. Cult.  
Alum, Pann, p. t. Bibliothec.

### NARRATIO PEREGRINANS.

Sabbatha jam Coeli celebrat, non Sabbathus Mundi,  
Sheu! MICHAELIS eo, dum petit Astra, Die.  
HUNGARIAE VIXIT qui primum, coepit & Annos,  
SAXONA quem tenuit terra, LABORE VIRVM,  
Hic tandem sensit, Princeps quod stemmatis HEROS,  
Ultimus, ipse breui Morte recedet ovans.  
Illico sic PATER EST: MVSAS foecundat AD ALBIM,  
Atque dicat Nobis Praemia cuncta SVIS.  
Nominis unde memor, Doctrinae quisquis ALVMNVS,  
Et Vitae fuerit, CASSAIANVS erit.

*His Precess. M. GEORGII MICHAELIS CASSAI Primi, proximique  
Populavis atque Patroni sui Ultimam Voluntatem referens, eam  
non minus estimare, quam obitum ingemiscere debuit*

Nicolaus Glitz, Schemmitzio Pannonius

SS. Theol. & Phil. Cultor.

Wo ziebst Du schon von uns nunmehr von dieser Erden  
Den Weg zum Himmel auf/o Theurer Gottes Mann  
Ach soll nicht unser Mund mit seufzen stimmen an/  
Wie dort Elisa schon mit traurigen Geberden  
Als Sein Elias weg/ solches zeiget an mit Schmerzen  
Da er die Vater-Klag stimmt mit betrübten Herzen.  
Mit Recht spricht Dir mein Mund den Vater Nahmen zu  
Weil Du darauf gedacht/ daß nur bald möchst versorgen  
Deine CLIENTEN all/ da kommt am frühen Morgen  
Der blaue Todt/ der Dich gar bald gelegt zur Ruh.  
Zeit aber lebst Du schon in immerwährenden Glücke  
Und läßt uns Deinen Ruhm und Seegen noch zu rücke.

*Hoc moestus subiiciebat voluit, quondam Amanensis ejus*

Godofredus Sagrovvsky, Cælareof. Hung.

SS. Theol. & Phil. Cultor.

Queritur: an patriæ fuerit TVA, CASSAI, vita,  
Vel modo defuncti mors erit VITIJOR?  
VIVVS eras solitus latices exprimere clausos  
Divinae Sophiae, civibus IPSE TVIS;

B

ydera quotquot enim celebrat nunc Pannona tellus,

Ex TE fulgorem lumen & omne trahunt:

MORTVVS ut patriæ pariter prodeſſe juventꝝ

Pergas, auxilium ſubſidiumque paras;

Aſſiduo dum quæſisti quodcumque labore,

Illius id ſtudiis præcipis eſſe Sacrum.

Queratur! TVVS Hungaricis florebit in oris

Temporibus nullis emorituruſ, HONOS.

Pofuit

Honorū ultimo Populorū ſui dederatissimi

## Martinus Wandlik, Vetusfolio-Hung.

SS. Theol. Cultor.

UT quondam Jacob alio ſub Sole calentem,

Diuinis fatis contigit hofpes, humum;

Nec tamen eternum peregrina vixit in Urbe;

Ad ſua ſed cefſit tečia paterna Canan:

Sic Tu, cum longam peregriniſ ſofpes in oris

Exigereſ vitam, tendis ad arva Canan.

Tendis ad arva Canan, Coeleſti lumine plenam:

Haec Tibi, pro merito, Patria parta manet.

Hanc petis, & Senio fraetū multoque labore:

Ad requiem properas nunc Patriarcha Senex.

Lugendi animo & calamo adpoſuit

## Michael Honorius Ebner, Sempr. Ung.

SS. Th. & Phil. Cult.

ANNVS,

quo naſcitur:

Q VoD Viteberga tegit, glgnIt' Pannonia CorpVs,

InqVe ſlnV proprio HVngaria noMen el\*

\* dedit

quo Patria cedit :

Distantes terras, patria reManente, ſALVrat,

Et RatIſLaVlae pVLpIta rIte probat.

quo Vitebergam venit :

Postea LeVCoreas petIlt ſtVDloſVs Athenas,

PraeClare & DoCtas ViſItat hafCe ſCholAs.

quo Adiunctus fit :

Et LiGet a patria VaLIDVS repetatVr ApoLLo,

CogitVr ADIVnCtVs ViVere LeVCorels.

quo munus ſuſpendit :

Aſt qVIa tot neqVeVnt VIres ſVfferre Labores,

SVaVIſ erat VItae MoX CapIVnDa qVIes.

quo moritur:

I HeV! tantI ſenII pletas, ſaplentla, CanDor

DoCtInae, nobIſ ViVere Deſterant.

Patrono Optimo,

Debitae pietatis, gratitudinis, et ſupremi honoris ergo, cuidebat

## Georgius Lepofflai, Hodos. Vng.

S. S. Th. et Phil. Stud.

**M**ich! Nowjna smutna / a Horekowani/  
Protoz o BOZE nass / Smilug se nad nami:  
Neb ay Smrt ukrutna rozstira sive Syti /

DOCTOR, y ADJVNTVS, nemuz gi ugiti.

Coz o Smrty mysliss/ asnad nemass dosii/

Ze ghy tak ukrutna/ na U.HERSALL Blasti.

Hle pricim sed mass/ By Mladez spanila/

UHENSCHEG svieg Blasti/plataf swoego Pana.

Ach Blitug se BOZE / Smilug se nad nqmi/

Obrat Tivar swau na nas/bud Wule tva snami.

*tia, non latu, lebum, dum veberenter moleste fert, etiam prodit*

**Andreas Martschef, Welitscha Arvens. Pannon.**

SS. Theol. ac Phil. Stud.

**E**n! Sophie Praeco MICHAELIS, cultus Athenis,

Occidit, & latus pergit ad altra poli,

Dicite: procubuit Civis columenque decusque,

Et nos Castalides deseruere Dea.

**En!** mense Octobri uudit MICHAELIS ad umbras,

Musaque Pannomidum, nunc sine Patre gemit.

Ita sacra Musæ! lacrymasque profundite moestæ,

Et testes animi tristia verba data.

*Moestus scribebat*

**Georgius Komzill, Hung. SS. Th. C.**

**S**teina TE, CASSAI, genuit BEATE,

Bresla sed tinxit studiis, honores

Contulit DOCTO Witeberga, quae nunc

*Contegit ossa.*

Tu salutaris Patriæ fuisti,

Filios hujus solide docendo

Comparavisti TIBI nomen isthoc;

*Candidus audis.*

Ait adhuc audis, PIE, Candidus, quod

Ad pias Causas, Patriæque Charæ

Commodum, quæqua bona possidebas,

*TV retulisti.*

Mortuus nunc es, morieris autem

Nunquam apud nos, nam TVA fama, Virtus

Et fides ingens, pietasque summa, est

*Crede perennis.*

*Iusto dolore affectus ponebat*

**Iohannes Lany, Zol. Vung.**

SS. Theol. & Phil. Cult.

**C**lavis amande quiesce, brevi, spes est, sequar ipse:

Dum moritur CHLADNI, sunt TVA verba CASAL.

En sequeris Crvem, complentur iam TVA vota,

Exultis in Christo, & regna beata colis.

B 2

Damona qui semper dixi me, rite recordor;  
Deseris beu subito! CHLADENIVM sequeris.  
Ergo quiesce, PIO cum CHLADENIO, MICHAELIS:  
O venerande SENEX! opto, quiesce bene.  
Spiritus alta colens fulgebit solis ad insar;  
Aet amor in Patriam vivet in orbe TVVS.

Potissimum honoribus Patris Civium desideratissimi posuit

Michael Pohlius, Ung.  
SS. Theol. Cult.

**S**ein Jammer kommt allein mit gleicher Maaf auf Erden/  
Drum häufst sich so sehr, althier das Web! und Ach!  
Herr STRVNZ dem IAHN vorgeht bald folgt Herr CHLADNI nach;  
Dies flagem ist die Mena es will entfehn Als werden  
Vey Uns o Wittenberg! Vey Dir ach Hungarn! recht;  
Kaum Lebter ist Althier die Dritte Zahl gefallen,  
So ruft die Dritte Stunde kom! Siehe! Dein Geschlecht  
So Mensch hütten ließ; den GOTT thut so gefallen.  
Span aus dem Kreuzes Joch und nimmt dafür die Wonne;  
In IESU sey Dein Rub / weil Du bist ich gestorben/  
Der Weisheit ab, daher, Dein Tode nur ist worden  
Ein Schlaff in Freuden Port zur Himmelschen Sonne,  
Drum SEL MICHAELIS GRÜsst in steten Angedenken/  
VEREWIG CASSAY UNG in ERET zu gedenken/  
Damit red ICS ALL an, Besondere die Verlassen,  
VILfV aVCh folgen Mons/ Strassen;  
So sterb herv/ Vte Et ist/ Der Maßen.  
Hec Moestus venerando seni in honorem posuit

Ephraimus Sagrovsky, Jun. Hung. Cæsareof.  
SS. Theol. & Phil. Cult.

**N**il nisi flere licet: nam possidet omnia lucis  
Et vates trifliss, trifliss metra canit.  
Nil nisi flere licet: civis columenque Paterque  
Occidit: infelix orbaque turba fumus.  
At, quod ferre jubent graflantia fata, terendam;  
Sed quis Patronus, quis modo Tutor erit?  
Dicite plorantes moesto de pectori falsis  
Cum lacrymis: Ah! quis quis modo Tutor erit?  
Successor querendus erit, qui Nos MICHAELIS  
Exemplo dicit, signaque presla legat.  
Sed, quid flere juvat? cum sit substantia nostra  
Momentum fugiens, fumus & umbra volans.  
Sic Deus hunc annis longoque labore gravatum  
Ad summi transfert, Regna beatu, Poli.

moestus apposuit  
Jacobus Mrakota, Totfalven. Hung. SS. Th. & Ph. C.

**Q**uis uovis hic hospes decumbit lento in umbra?  
Pannonides, rurius Mortis adivit iter.  
Infelix Patria est, Infelix & VITEBERGA,  
Dum tantos perdit trux libitina Viros,  
Infelix Anni Quintus vicefimus Eheu!  
Qui rapuit QVARTVM morte repente VIRVM.  
Sed ne mireris, metu properamus ad unam,  
Funera dum Spectas, Tu quoque disce mori.

Sic moestus concomitabatur  
Andreas Bolemanni, Bathoviens. Hung.  
SS. Theol. & Philosoph. Stud.

**H**eu! quid nos querimur: tot Casus pandimus Orbi,  
Num rursus summi, Causa doloris adeat?  
Sic est: occubuit MICHAELIS: vivit at ille,  
Et fruatur Coelo, letitiaeque Poli.

Supremi honoris restandi ergo lugens scrib  
Georgius Fabricius, Terino-Vng. SS. Th. St.

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle  
006 310 079


3



6017  
6018



Michaelis Cassai  
 h. tenoris nomine  
 m. Elisabeth. comites  
 f. feruntur ante tem-  
 Pilatik citharem  
 gum Pastorem, como-  
 Diccheloy qui post  
 quatuor ad undas  
 us tamen Imperatores  
 in patriam sedux-  
 ny et. Dallen h.  
 d. 18 Januarii  
 Christopher Hungar  
 Report N. modi  
 1011.



# MONUMENTVM SVPREMAE PIETATIS QVOD VIRO Praecellentissimo, Amplissimo atque Doctissimo DOMINO M. GEORGIO MICHAELIS CASSAI

STEINA COMITATVS BARSSIENSIS HVNGARO,  
Amplissimi Sapientum Ordinis, qui in Alma ad

Albim floret, Affessori dudum dignissimo,  
De re Litteraria, ut et de Patria, extra Patriam,  
immortaliter merito,

Patri, Patrono, Populari ac Stipendii Hunga-  
rici Fundatori, in animis posterorum perennaturo,  
dum

A. R. S. MDCCXXV. III. IDVS OCTOB.  
hora 3. antelucana

*Maximo Climacterico Maior*

Ex hac mortalitate in coelestem patriam concederet,  
Atque XII. Calend. Nouemb.

Solennibus exequiis humo mandaretur,  
Animi sui dolorem et officium debitum  
testaturi

POSVERVNT

ALVMNI  
CIVES PANNONII

VITEMBERGAE  
LITERIS SCHROEDERIANIS.